Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



enim & nec difficiles nec inhumani se
nes tollerabilem senectutem aiunt · im
portunitas autem & inhumanitas om
ni etati molesta est · L Est ut dicis Cato ·
sed fortasse dixerit quispiam tibi propter
opes & copias & dignitatem tuam tollera
biliorem senectutem uideri · id autem
non posse multis contingere C Est
istud quidem Leli aliquid · sed neq;
q̄ in isto sunt omnia · ut Themisto
cles fertur Serpho cuidam in uirgio
respondisse · cum ille dixisset & non eu
sua sed patrie gloria splendorem asse
citum nec hercle mquit si ego Ser
phus essem non nobilis · nec si Athe
niensis esses · clarus unq̄ fuisses · Qd
eodem modo de senectute dici potest
Nec enim in summa inopia non leuis esse
senectus potest sapienti quidem nec in
sipiencia etiam in summa copia non gra
uis · Aptissima enim sunt omnino Sci
pio & Leli arma senectutis artes exer